INDEX LECTIONUM

IN

UNIVERSITATE LITERARIA

JAGELLONICA

INDE

A DIE 1 OCTOBRIS ANNI MDCCCXXXVIII

USQUE

AD MEDIUM MENSEM JULIUM ANNI MDCCCXXXIX

HABENDARUM.

CRACOVIAE

TYPIS STANISLAI GIESZKOWSKI.

CIVIBUS LITERARUM STUDIOSIS

S. P.

Universitatis Studiorum Jagellonicae Cracoviensis

RECTOR

ANTONIUS MATAKIEWICZ

CUM

SENATU ACADEMICO.

Quantam difficultatem adferat investigationibus literariis a viris doctis vulgo recepta saec. XV—XVII. consuetudo interpretandi verbis graecis vel latinis cognomina sua aut locorum natalium, argumento sunt, quae de duobus viris de literis apud nos, et quidem in Universitate Jagellonica saeculo XVI. optime meritis, nempe de Benedicto Herbesto, insigni philologo ac theologo et de Simone Sirennio, nobili herbarum scrutatore, apud nostros rei literariae scriptores legimus. Vehementer enim errat Sołtykovicius, dum scribit (*O stanie Akad. krak. p.* 327) Herbestum agnomine Neapoli-

tani in memoriam patriae majorum suorum usum fuisse; nam non tantum Gregorius Vigilantius, Herbesti aequalis eique amicissimus de eo canit: (1)

Sic erit in patulo tua clara *Neapolis* orbe,
Quae nunc *Russiaco* patria nota solo est;

sed etiam Wielewicki Johannes S. J. in Historia Diarii Domus Professae Cracov. S. J. T. 1. p. 126, eoque duce Alegambe (2) et Jöcher testantur eum fuisse Ruthenum, »patria Novomiastensem, quae civitas duobus fere miliaribus Premislia distat.« Jam vero de cognomine Sirenii, cujus patria nondum omnibus cognita est, in contrarias sententias discedunt viri docti. Bentkowski (*Hist. lit. T. II. p.* 396), qui librum nomine Simonis Sirenii *Sacrani* signatum vidit, nihil decernere audet, quid sibi velit nomen Sacrani, atque utrum a natali solo, an ab alia re sumptum fuerit; Siarczyński vero (*Obraz wieku Zyg. III. T.* 11. *p.* 245) Sirenium nostrum fictis a se Sacranis Oświęcimensibus vel Cracoviensibus civibus sanguinis vinculo junctum esse putat, at, unde ei cognomen *Sirenii* additum sit, hoc aliis disceptandum relinquit. Nos viris doctis dubitationem eximere volentes, quid hac de re sentiamus, paucissimis verbis exponemus.

Dubium non est, quin Oświęcimo oriundis juvenibus, literis vacantibus, illud apud Virgilium VII. 796. *Sacranorum* nomen, quod in polonicum *Oświęcimscy* cadit, occasionem praebuerit, ut ad significandam patriam suam in latinis scriptionibus vocabulum *Sacranus* adsciscerent. Hinc fa-

---

(1) M. Tullii Ciceronis vita e scriptis et verbis ejusdem descripta opera et studio Benedicti Herbesti Neapolitani, cum diligenti Chronologiae omniumque Ciceronis actorum et scriptorum observatione. Crac. ex off. Math. Siebeneycher 1561. 8v. ed. 2da. Francof. ad M. ap. Nic. Bassee 1568. 8.

(2) Quae apud Alegambe de doctis Jesuitis Polonis legimus, ea a Joanne Wielewicki scripta esse cognoscimus e laudato historico Diario p. 999. ubi auctor haec de se adnotavit: »Ad initium mensis funii descriptos viros illustres scriptores librorum Provinciae Poloniae 65, ab indncta Societate in Poloniam ad annum Domini 1636 misit P. Johannes Wielewicki Graecium in Austria ad Philippum Alagambe, qui jussu R. P. N. novum librum scriptorum et illustrium virorum Societatis edebat.«

ctum est, ut tam multi *Sacrani* Oświęcimo oriundi numerentur, quos Siarczyński perperam florentem Oświęcimensium civium familiam esse censet. Quae quum ita sint, non est, quod mireris, Simonem Sirenium, patre Nicolao ante 1541 annum Oświęcimi natum, quum anno 1560 commutatione aestiva in numerum civium academicorum Cracoviae reciperetur, de more popularium suorum pro cognomine agnomen dedisse. Sirenium enim Oświęcimi lucem adspexisse, non tantum agnomen Sacrani vulgo ab eo, quum verbis latinis nomen suum signaret, usurpatum probat, sed vel ex eo pro certo conjicere licet, quod Oświęcimi bona habuerit, eorumque heredes filias suas reliquerit. In Actis enim rectoralibus Universitatis nostrae anni 1612 d. 28 Julii haec legimus (fol. 433). »Coram officio M. D. Rectoris comparentes personaliter olim bonae memoriae Simonis Sirenii M. D. Excell. D. Gabriel Joannicius M. D. et Prof. et V. D. M. Albertus Borovius, fecerunt plenipotentem famulum D. Joannem Malenda, civem Oświecimiensem, maritum Helizabet *Syreńska*, filiae olim Excell. D. Simonis *Sirenii* Medici Acad. Cracoviensis et cohaeredem Hedvigis *Syreńska* pupillae, quae curae tanquam tutorum commissa, bonorum in dicta civitate Oświeciminensi adjacentium, quocunque nomine censebuntur et ad possessionem piae memoriae Simonis Sirenii pertinentium, tum jure repetendi, tum ad usum proprium convertendi, salvo jure, si qui fructus inde reciperentur, ut eadem Hedvigis sit particeps, salvo jure meliorandi hujus plenipotentiae.« Hi Sirenii successores donaverunt bibliothecam nostram exemplo Psalterii hebraei, graeci, arabici et chaldaici cum tribus latinis interpretationibus et glossis per Petrum Paulum in aedibus Nicolai Justiniani Pauli 1516 impressi, pulcherrimo eoque rarissimo, nam uno e quinquaginta (*Catalogue des livres imprimés sur velin de la Bibliotheque du Roi T.* 1. *p.* 8. §. 4) in charta membranacea typis exscriptis, suamque in eam munificentiam sequenti in hoc libro inscriptione testatam esse voluerunt:« Pro Bibliotheca Collegii Majoris Acad. Crac. Excell. D. Simo-

nis *Syrenii Sacrani* Philosophi et Medici Academiae ejusdem, filiarum ejusdem D. S. defuncti, mariti et tutores obtulerunt Anno Domini 1613.« — Sirenium ceteroqui a. 1569 ad doctoris gradum in facultate philosophica promotum, post exantlatos in facultate medica viginti duobus annis labores, majorem septuagenario (*Herbarz fol.* 1533) anno 1611 mortem obiisse auctor est Wielewicki in Diario laudato, ubi p. 406 haec de eo adnotavit:« Simon Sirenius Academicus P. et M. D. nostrorum in domo S. Barbarae et aliorum medicus ordinarius, pauperum adjutor et promotor ferventissimus, insigni volumine Herbario edito celebris, vir omni virtutum genere ornatissimus ac noster amicus et benefactor insignis, migravit ex hac vita 29 hujus mensis (Martii) 1611 anno.«

His praemissis indicem Vobis exhibemus lectionum hoc anno instituendarum, quas ut impigre audiatis, Vos invitamus et cohortamur.

D. Cracoviae XII ante Cal. Octobr. MDCCCXXXVIII.

ORDO THEOLOGORUM.

JOANNES STANISLAUS PRZYBYLSKI

S. TH. D. P. O. P. H. T FACULTATIS THEOLOGICAE DECANUS.

Institutiones dogmaticas auditoribus anni secundi, diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris a hora 10—11 duce Klüpfel; ethicas vero auditoribus anni tertii diebus Lunae, Martis, Mercurii et Veneris a hora 3—4 duce Stapf explicabit.

LEO LAURYSIEWICZ

S. TH. D. P. O. P.

Theologiam pastoralem auditoribus anni tertii semestri hyemali diebus Lunae, Mercurii, Veneris a h. 2—3. Jovis a hora 3—4, Saturni a h. 2—4, Martis, Jovis, et Veneris a h. 10—11 duce Povondra. — semestri aestivo iisdem horis eloquentiam sacram Catecheticam et Didacticam duce Veinkopf tradet.

CAROLUS TELIGA

S. TH. D. P. P. O.

Historiam ecclesiasticam et patristicam auditoribus anni primi in utroque semestri diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis, Veneris, et Saturni a hora 8—9 et Lunae, Jovis et Veneris a hora 2—3 duce Klein explanabit.

Cathedra studii biblici vacat.

Archaeologia et Hermeneutica auditoribus anni primi semestri hyemali, diebus Lunae, Mercurii et Veneris a hora 9—10, duce Ackermann et Alber — lingua hebraica et sýro-chaldaica diebus Martis et Jovis a h. 9—10, duce Jahn et Oberleitner; semestri aestivo iisdem diebus et horis Exegesis SS. librorum Vet. Foederis duce Calmet et linguae orientales ut supra.

Introductio in libros V. et N. foederis auditoribus anni 2^{di} semestri hyemali diebus Martis, Mercurii a h. 2—3 et Veneris a hora 3—4 duce Ackermann et Alber; — semestri aestivo iisdem horis Exegesis novi foederis nec non exegesis sublimior a hora 2—3 die Saturni tradetur opera vicaria Professorum Laurysiewicz et Teliga.

Auditores anni primi praelectionibus paedagogiae, anni vero secundi praelectionibus juris canonici interesse tenentur, secus ascensu carebunt.

ORDO JURIS CONSULTORUM.

FERDINANDUS KOJSIEWICZ

J. U. D. P. P. O. H. T. FACULTATIS JURIDICAE DECANUS.

Oeconomiam politicam, et jus naturae privatum, publicum et gentium, auditoribus anni primi per utrumque semestre diebus Lunae, Mercurii, Jovis et Veneris a h. 8. — 9. et diebus Martis, Jovis et Saturni a hora 9. — 10. duce Zeiller, Martini, Say et Skarbek; Auditoribus vero anni sucundi per utrumque semestre diebus Martis et Saturni a h. 10. — 11. Politiam et notitiam status rerum publicarum, juncta reditus publicos tractandi arte, duce Lotz, Rau et Schnabel tradet.

ADAMUS KRZYŻANOWSKI

J. U. D. P. P. O.

Jus civile mercantile et processum extrajudicialem auditoribus anni tertii per utrumque semestre diebus Luncae, Martis, Mercurii, Jovis, Veneris et Saturni a h. 8—9 et diebus Lunae Mercurii et Saturni a. h. 9—10 duce Delvincourt et Locrée praeleget.

FELIX SŁOTWIŃSKI

PHIL. ET JURIS UTRIUSQ. D. P. P. O.

Historiam juris Romani et Institutiones auditoribus anni primi per utrumque semestre diebus Martis et Saturni a h. 8—9 duce Bacchio et Heineccio, — Jus ecclesiasticum auditoribus anni 2^{di} per utrumque semestre diebus Martis, Mercurii et Saturni a h. 3—4, secundum programma typis editum, Pandectas auditoribus anni 2^{di} per utrumque semestre diebus Lunae, Mercurii, Jovis et Veneris a h. 10—11 duce Vestenbergio et propriis schedis interpretabitur.

ANTONIUS MATAKIEWICZ

J. U. D. P. P. O.

Leges fundamentales civitatis auditoribus anni 1^{mi} semestri hyemali diebus Lunae, Mercurii et Veneris a h. 9—10, juxta vigentia hac in re statuta ac rescripta, semestri vero aestivo jus criminale tam theoreticum, quam positivum austriacum et polonum iisdem horis exponet. — Auditoribus autem anni 3^{tii} processum civilem judicialem per utrumque semestre diebus Martis et Jovis a hora 9—10, et diebus Lunae,

Mercurii, Veneris et Saturni a hora 10—11, juxta obligantes codices nec non eorum commentatores Jenull, Feuerbach et alios novissimos explicabit.

ORDO MEDICORUM.

FLORIANUS SAWICZEWSKI

M. D. P. P. O. H. T. FACULTATIS MEDICAE DECANUS.

Pharmaciam diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris a. h. 7—8 duce Geiger, — Chemiam generalem nec non practico-forensem duce Berzelio, Dumas, et Hünefeld, diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris a hora 8—9, per utrumque semestre auditoribus anni 1^mi^ et 2^di^ nec non chirurgis inferioris ordinis exponet.

ALOYSIUS ESTREICHER

PH. ET M. D. P. P. O. HORTI BOTANICI DIRECTOR.

Historiam naturalem universalem auditoribus anni 2^di^ philosophiae per utrumque semestre diebus Lunae, Martis, Mercurii, Veneris et Saturni a. h. 10—11,

Mineralogiam et Zoologiam auditoribus anni primi medicinae semestri hyemali diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis, et Veneris a h. 11—12 duce Berzelio, Leonhardo et Oken; semestri aestivo iisdem auditoribus Botanicam generalem et specialem duce Richard et Winkler diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis, Veneris a h. 6—7 explanabit.

JOSEPHUS BRODOWICZ

M. D. P. P. O. INSTITUTI MEDICO-CLINICI DIRECTOR.

Pathologiam et Therapiam specialem e propriis scriptis duce Hildebrand et

Reimann diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris a h. 9—10. Praxin medicam iisdem diebus a h. 8—9 auditores anni quarti et quinti docebit.

LUDOVICUS BIERKOWSKI

PHIL. M. ET CH. D. P. P. O. INSTITUTI CHIRURGICO-CLINICI DIRECTOR.

Chirurgiam theoreticam generalem et specialem e propriis scriptis duce Chelio per utrumque semestre auditoribus anni 3tii diebus Lunae, Mercurii et Veneris a h. 11—12, Chirurgiam practicam auditoribus anni quarti per utrumque semestre diebus Martis, Jovis et Saturni a h. 11—12. Praxin chirurgicam per utrumque semestre diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris a h. 10—11 docebit.

FRIDERICUS SKOBEL

M. ET CH. D. P. P. O.

Hodegeticen medicam duce Friedlendero auditoribus anni primi diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris semestri hyemali a h. 3—4 tradet: qua finita iisdem horis auditoribus anni 3tii Pathologiam generalem praeeunte Hartmanno per utrumque semestre exponet.

Pharmacodynamicen una cum arte formulas medicas concinnandi duce Hartmann et Sundelin, Therapiam generalem duce Conrad et Diaeteticen duce Knolzio per utrumque semestre auditoribus anni 3tii diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris a h. 8—9 explanabit.

ANTONIUS KOZUBOWSKI

M. ET CH. D. P. P. O.

Anatomiam duce Hildebrand auditoribus anni 1mi per utrumque semestre diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris a hora 10—11,

Physiologiam et Anatomiam pathologicam duce Müller et Lobstein auditoribus anni 2di per utrumque semestre diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris a h. 2—3 docebit.

Exercitationes anatomico-practicae a mense Octobri ad Aprilem diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris a h. 9—10 et 2—3 auxiliante Adjuncto a Candidatis instituentur.

JOSEPHUS MAJER

MED. ET CHIR. D. P. P. O.

Elementa Psychologiae et Logices, Physiologiam et Pathologiam generalem, elementa Physices, Therapiam generalem et Pharmacodinamicen, Pathologiam et Therapiam specialem, Chirurgis inferioris ordinis explicabit in utroque semest. diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris a h. 8—9 et 3—4; aestivo vero tempore iisdem nec non auditoribus medicinae anni tertii diebus Lunae et Jovis a. h. 3—4. Veterinariam generalem et doctrinam de morbis epizooticis et contagiosis praeeunte Wagenfeldio profitebitur.

FRIDERICUS HECHEL

M. ET CHIR. D. P. P. O.

Historiam Medicinae et Chirurgiae ducibus Sprengel et Meckler auditoribus anni quinti utroque semestri diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis, et Veneris a h. 2—3 iisdem semestri hyemali medicinam forensem duce Henke, aestivo vero politiam medicam ducibus Bernt et Niemann, diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris a h. 11—12 tradet.

JOSEPHUS KWAŚNIEWSKI

M. ET CH. D. P. P. O.

Theoriam artis obstetriciae auditoribus a. 3tii necnon feminis artem obstetr.

discentibus semestri hyemali, ducibus Froriep et Carus, diebus Lunae, Martis, Mercurii et Jovis a h. 9—10. — doctrinam de morbis feminarum duce Joerg auditoribus anni quinti semestri hyemali diebus Martis et Jovis a h. 3—4, iisdem vero horis semestri aestivo de morbis infantum ducibus Henke et Wendt profitebitur. — Praxin artis obstetriciae, auxiliante Adjuncto, auditores anni quinti nec non feminas arti obstet. vacantes docebit per utrumque semestre diebus Lunae, Mercurii, Jovis et Saturni a h. 7—8.

ORDO PHILOSOPHORUM.

JOSEPHUS JANKOWSKI

PH. ET J. U. D. P. P. O. H. T. FACULT. PHIL. DECANUS.

Psychologiam auditoribus anni 1mi semest. hyem. diebus Lunae, Mercurii, Veneris et Saturni a h. 8—9,

Ethicam auditoribus anni 2di per utrumque semestre diebus Martis a h. 8—9 et Jovis a h. 8—10,

Historiam philosophiae auditoribus anni 2di per utrumque semestre diebus Martis et Veneris a h. 9—10 tradet.

CAROLUS HUBE

PH. D. P. P. O.

Arithmeticam et Algebram auditoribus anni primi semestri hyem. diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis, Veneris a hora 9—10 et Saturni a h. 9—11, semest. vero aestivo iisdem horis Geometriam, Stereometriam, Triognometriam et sectiones conicas explicabit.

MAXIMILIANUS WEISSE

PHIL. ET U. J. D. P. P. O. OBSERVAT. ASTRON. DIRECTOR.

Matheseos sublimioris cursum secundum per utrumque semestre diebus Martis, Jovis et Saturni a hora 11—12, duce Burg, Ettinghausen et Poisson,

Astronomiam per utrumque semestre diebus Lunae, Mercurii et Veneris a hora 11—12, duce Saturni et Littrow docebit.

CAJETANUS TROJAŃSKI

PHIL. D. P. P. O.

Philologiam latinam et Literaturam polonicam auditoribus anni 1mi per utrumque semestre diebus Martis a hora 8—9, et 2—3, Jovis a h. 8—9, Saturni a h. 2—3; auditoribus vero anni 2di diebus Lunae, Mercurii, Veneris et Saturni a h. 8—9 exponet.

MICHAËL WISZNIEWSKI

PHIL. D. P. P. O.

Historiam universalem auditoribus anni 1mi diebus Jovis, Veneris et Saturni a h. 3—4. Auditoribus vero anni 2di diebus Lunae, Mercurii et Saturni a h. 9—10, Historiam literariam universalem duce Wachler, Auditoribus anni 1mi per utrumque semestre diebus Martis a h. 3—4. et Jovis a h. 2—3. tradet.

FRANCISCUS XAV. STACHOWSKI

S. THEOL. ET PHIL. D. P. P. O.

Doctrinam religionis auditoribus anni 1mi per utrumque semestre diebus Lunae et Mercurii a h. 10—11; auditoribus vero anni 2di diebus Martis et Saturni a h. 3—4,

Paedagogiam auditoribus anni 1^{mi} per utrumque semestre diebus Martis et Jovis a h. 10—11.
Linguam Graecam iisdem per utrumque semestre diebus Lunae et Mercurii a hora 3—4 tradet.

JOSEPHUS MUCZKOWSKI

PHIL. D. BIBLIOGRAPHIAE P. P. O. ET BIBLIOTHECARIUS.

Bibliographiam auditoribus anni secundi per utrumque semestre diebus Lunae, Mercurii et Veneris a hora 2—3 explanabit.

Cathedra Physices vacat.

Doctrina physices vicarie tradetur auditoribus anni 2^{di} per utrumque semestre diebus Jovis a h. 10—12, Martis, Mercurii et Saturni a h. 2—3, Lunae et Veneris a h. 2—4 opera D^{ris} Podolski.

JOANNES CANTIUS STECZKOWSKI

PHIL. D. OBSERV. ASTRON. ADJUNCTUS.

Matheseos sublimioris cursum priorem auditoribus anni 2^{di} per utrumque semestre diebus Jovis a h. 2—4 et Mercurii 3—4 tradet.

Linguam Germanicam docebit Augustus Otremba per utrumque semestre diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis, Veneris et Saturni a h. 4—5.
Linguam Gallicam Franciscus Aubertin iisdem diebus a h. 11—12.
Linguam Rossicam Hieronimus Mecherzyński iisdem diebus a h. 7—8.

Lectorium in Bibliotheca publica Universitatis semestri hyemali quotidie, exceptis diebus festis a h. 9—1; semestri aestivo a h. 9—12. et h. 3—6,

Observatorium Astronomicum horis 3—6. diebus Jovis et Solis,
Museum Chemicum diebus Veneris a hora 9—12,
Museum physicum die Saturni a h. 9—12,
Museum Zoologicum et Mineralogicum die Saturni a h. 1—4. tempore hyemali, aestivo vero a h. 3—6.
Hortus Botanicus quotidie patebunt; hospitibus vero extraneis, qui Musea Biblioth. et Observat. invisere cupiunt, nulla hora praefinita est — dummodo tempus praelectionibus sacrum condonare velint.